



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Exempla, Divinae Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.5. Arcis obsidio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

Intellecta mente *Marci* rex vi censuit  
agendum, conflatoq; exercitu ipse castrum  
obsedit. Puto nos expertos, quid sit vel ti-  
mere obsidionem. 1. Quanta est rerum ho-  
minumque perturbatio? Quanta fuga? 3.  
In ipsa autem obsidione, quantus, inter-  
imbelles, timor, quam varij rumores & o-  
piniones? 4. Nemo audet extra portas  
pedem longius efferre: nemo securè pro-  
spicere, nesciens vnde globus aduolet, ca-  
putq; feriat. 5. Iam quanta cura, hoste  
mœnia quatiente, & muros conscendente?  
6. Sape ipso periculo maior est timor peri-  
culi. 7. Iam intus, quæ non necessitas? quæ  
penuria aquæ, panis, lignorum & aliarum  
rerum? 8. Quanta miseria morborum ma-  
gis, quam hostium grassantium? 9. Quan-  
ta fames, quanta lamenta feminarum? 10.  
Et hoc quidem, si vel ad duas, tresue heb-  
domadas locus quispiam obsideatur. Quid  
putatis fuisse calamitatis in castro *Guinar*,  
quod non ad tres hebdomadas, vel menses,  
vel etiam annos, sed septem integris annis  
arctissimam sustinuit obsidionem? ita ut ne  
canis quidem egredi inde posset, nihil au-  
tem introferri. 11. Ibi ergo, cum victualia  
decessent, non solum milites sagittis, bali-  
stis,

V.  
ARCIS  
OBSIDIO

IV  
1021M  
1021M

stis, aliisq; vulneribus, sed etiam fame e-  
necti defecerunt. Defecerunt & alij ho-  
mines, vnus post alterum. 12. Hic nobilis  
ille *Marcus* inuitatus est claros viros *Casilina-*  
*tes*, qui cum *Hannibalis* obsidionem pateren-  
tur, alimentorum facultate defecti, lora, co-  
riamq; necessarijs vsibus subducta, atq; à scutis  
detractas pelles feruenti aqua resolutas ede-  
runt, & tali cibo uti sustinuerunt, ne fidei con-  
stantiam Romanis prestitam violarent. 13.  
Nec aliter quidem *Creteus* nobilis animus  
egit, qui in arce obsessus ad ultimam penuriam  
compulsus fuit, ac iumentorum vrina sitim  
correxit; quia dum vincit timuit, id passus est,  
quod victor eos pati cogere non potuisset, ut ait  
*Julius Frontinus*. 14. Itaque tandem exhau-  
sta præsidij arce, solus *Marcus Guterrius* vl-  
timusque superfuit. Quis hunc militem  
non laudaret? quis non officio, & sacra-  
mento satisfecisse iudicaret? I, *Marce*, ge-  
nerosè te gessisti. Nemo poterit te imbel-  
liæ, aut timoris arguere. Ipse *Didacus* non  
potuit tantum à te expectare. Dudum ipse  
arcem tradidisset. Serua nunc te, plus serua-  
bis, quàm si decem arces seruares.

VI.  
MARCI  
INCREDI-

Puillanimes facile acceptassent hanc  
excusationem, vti omnes proni sumus ad  
causas